

15

LITTERAE EXEQVVTORIALES SACRAE ROTAE ROMANAЕ decretæ, & relaxatæ per R. P. D.


CLEMENTEM MERLINVM Eiusdem Sacrae Rotæ Auditorem, & Iudicem Commissarium

P R O

R. P. Prouinciali Societatis Iesu Prouincia Boeticæ, ac Patre
Rectore, & cæteris Patribus Collegij Cordubæ

C O N T R A

Ill. ^{mum} & Exc. ^{mum} D. Henricum de Corduba Duçem Segobriæ
& Cardonæ Dominura Ciuitatis Lucenæ.



ROMAE, Ex Typographia Reu. Cam. Apostolicae. M D C X X X I X.

Superiorum permisu.

ЛІТТЕРАРНІ
ЕКСПОЗИЦІЇ
У КАНАЛІ ВІДНОСІЙ

19. *Leucosia* *leucostoma* *leucostoma* *leucostoma*

and the *Impact*. The *Impact* is a monthly magazine published by the *Impact* Foundation.

Serenissimo , Potentissimo , & Catholico Principi , & Domino , Domino Philippo ,

Diuina fauente Clementia , Hispaniarum , Castellæ , Legionis , Aragonum , Portugallæ , Neapolis , vtriusque Siciliæ , citra & ultra Pharum , Valentia , Nauarriæ , Sardinia , &c. Regi Archiduci Austriae , Mediolani , Burgundia , Flandria , &c. Duci , & Comiti , Indiarum quoque Orientalium , & Occidentalium , Maris Oceani , ac noui Orbis Dominatori , Regnorum , Ducatum , & aliorum Dominiorum vestrorum felicis prosperitatis augmentum , Nec non Illustrissimis , & Reuerendissimis in Christo Patribus , & Dominis Dominis , Dei & Apostolicæ Sedis gratia Malacitañ , & Cordubæ Episcopis eorumq; & cuiuslibet ipsorum in Spiritualibus , & temporalibus , Officialibus , aut Prouisoribus generalibus . Vniuersis quoque , & singulis Dominis Abbatibus , Prioribus , Praepositis , Decanis , Archidiaconis , Cantoribus , Sacristis , tam Cathedralium , quam Collegiarum Canonicis , Curatis , & non Curatis , Vicarijs perpetuis , Altaristis , ac Monasteriorum , & Ordinum quorumcumque Generalibus , Provincialibus , Ministris , Guardianis , Fratribus , Monachis , Regularibus , Conuentualibus , exemptis , & non exemptis , ceterisque Presbyteris , Clericis , Notarijs , & Tabellionibus publicis quibuscumque per dictorum Dominorum Episcoporum Ciuitates , & Dioceeses , ac alias vbiliter constitutis , & eorum cuiilibet insolidum ; necnon etiam Illustrissimis & Excellentissimis , Illustribus , & Magnificis Viris , Dominis Principibus , Ducibus , Marchionibus , Comitibus , Baronibus , Vicecomitibus , Domicellis , Capitanis , Confulibus , Justitiarijs , Aduocatis , ac Curiarum quacumcumq; tam Spiritualium , quam temporalium , Terrarumquæ , Ciuitatum , Oppidorum , Castrorum , Villarum , & Vniuersitatum quacumcumque , Maioribus , Rectoribus , Praefectis , Baiulius , necnon Seruientibus , Scribis , Praecombis , Alquazirij , & Officialibus , ceterisque Dominis , & personis quibuscumque Iurisdictionem Spiritualiem , temporalem , & ordinariam per se , vel aliam , seu alijs mediatae , vel immediatè vbi cumque pro tempore exercentia , & constituta illique , vel illis ad quem , vel ad quos præsentes nostræ litteræ peruenierint : & præsertim Illustrissimo , & Excellentissimo Domino moderno Duci Segobriæ , & Cardonæ , tamquam Domino Ciuitatis Lucenæ , Cordubæ Dioecesis exaduerso principali , omnibusque alijs , & singulis quorum interest , intererit , aut interesse poterit quomodolibet in futurum quibuscumque nominibus censeantur , & quacumque præfulgeant dignitate CLEMENS MERLINVS IVRIS VTRIVSQ; DOCTOR , Sanctissimi Dñi Nostri Papæ Cappellanus , & ipsius Sacri Palati Apostolici Caifarum Auditor , iudexque Commisarius , causæ & causis , ac partibus infra scriptis , & executor vnicus ad infra scripta Apostolica auctoritate specialiter deputatus salutem in Domino , & præsentibus fidem indubiam adhibere , ac in commissis diligentiam facere nosstris , que huiusmodi , imò verius Apostolicis firmiter obediens mandatis . NOVERITIS quod alias introducta in partibus lite , & causa seu questionis materia co-

22. Eminentissimo, & Revere. diffin. Domino Cardinali Pamphilio, tunc in Regnis Hispaniarum pro Sanctissimo Domino nostro Papa, & Santa Sede Apostolica Nuntio, & Collectore generali inter partes inferius nominatas occasione de qua infra. Idem Eminentissimus, & Reuerendissimus Dominus Cardinalis, &c ut prefertur Nuntius, & Collector generalis seu eius Auditori viis vi-
dendis, seruatisque de iure fernandis quoddam decretum diffinituum seu sententia protulit cuius tenor est qui se sequitur videlicet. IN OPPIDO Matriti die vigesima sexta mensis Februarii anno millesimi sexcentesimi trigesimi viis his actis per illustrissimum, & Reuerendissimum Dominum Ioannem Baptis-
tam Pamphilium miseratione clausa Sancte Romana Ecclesiæ Presbyterum Car-
dinalem in his Regnis Hispaniarum Nuntium, & Collectorem generalem Apo-
stolicum inter videlicet Provincialem Societatis Iesu Provincia Boetica ex
via, & Segobrize, & Cardona Dominium Duce partibus ex altera. Dixit quod
attenta exemptione à solutione decimarum Religiosorum Societatis Iesu, &
Breve Sanctitatis Gregorij XIII. non erat nec est pro nunc locus ad compel-
lendum dictum Provincialem, & Religiosos ad solutionem Decimarum per di-
cenum Ducem petiit, neq; donec iustificet Sanctitatis Leonis Undecimi, & nostri
Sanctissimi Patris Urbani VIII. Brevia ad eius fauorem extendi, & ita decreuit,
& mandauit, & Distinctus Auditor subscrivit, Antonius Brunaccius Auditor.
A QVO decreto seu sententia diffinitua pro parte dicti Excellentissimi Domini-
ni Ducus exaduersario principalis appellatum fuit causaque huiusmodi appella-
tionis Reuerendissimo Pater Domino Ioanne Baptista Coccino Sacra Rotæ De-
cano, & Coauditor nostro commissa extitit, in viti specialis rescripti Aposto-
lici tenoris sequentis videlicet. BEATISSIME Pater lite, & causa pendente in
partibus coram Nuntio Sanctitatis vestra in illis partibus commorante, inter
deuotum Sanctitatis vestra Oratorem modernum ducem Segobrize, & Cardo-
nare, tamquam Dominum i Cittatis Lucene Cordubensis Diocesis, Autorem ex
vna, necnon Provincialem Provincia Boetica Societatis Iesu, ac Patres eius-
dem Societatis in dicta Civitate residentes aduersarios, de, & super luto exi-
gendi decimas quam pluriū bonorum ab eadem Societate possessorum ex
quorum fructibus Oratori, & suis pro tempore in Maioricatu successoribus De-
cimæ ex priuilegiis Apostolicis, alijsque iustis, & canonis titulis legitimè de-
bentur in prima instantia reos contentos partibus ex altera. Idem Nuntius seu
eius Auditor diffinituam sententiam ad fauorem dicti Provincialis Aduersarii,
eos à petitis absolvendo tulit, & promulgavit praetextu exemptionis ab illarum
solutione eidē Societati competentis ex priuilegio Apostolico Gregorij XIII.
quamvis dictum priuilegium exemptionis fuerit per Leonem Undecimum, pa-
riter tandem Sanctitatis Vestrae prædecessorem reductum ad certainum lumen, ut in
literis Apostolicis dicta reductionis, ultimo per Sanctitatem vestram confirma-
tis, & innovatis latius continetur. A qua sententia fuit per eundem Oratorem
ad Sanctitatem Vestram eiusque sanctam Sedem Apostolicam infra legitima-
tempora appellatum, & reclamatum. Dignetur igitur Sanctitas Vestra, cau-
sam, & causas appellationis, & appellationum huiusmodi nullitatis, & nullita-
tum,

rum, ex tribus, vna cum suis, & illarum incidentibus, emergentibus, annexis, & connexis, totoque negotio principali, cum clausula quam, & quas &c. alicuius Rotæ Auditoribus, attento quod Decima de quibus agitur ducatos viginti quatuor annuos excedunt audiendas, cognoscendas, decidendas, sineque debito, prout iuris fuerit terminandas, summiatæ, & prout in beneficiis, committere, & mandare, cum potestate citandi, & inhibendi quos, quibus, & quoties opus fuerit in curia & extra, omnesque alios, &c. ceteraque necessaria faciendi, dicendi, & exercendi. Præmissis necnon constitutionibus, & ordinariis Apostolicis, stylo Palatij, & Curia, ceterisque contrarijs non obstantibus, statum, & merita causa, aliorumque hic necessario exprimendorum pro expressis habentes. De mandato Domini Nostri Papæ audiat Magister Ioannes Baptista Coccinus, eitet, inhibeat etiam sub censuris, procedat ut petitur, & Iusticiam faciat. Placet Domino Nostro Papæ Berlingerus Cardinalis Gypsius. CVVS commissionis vigore dictus Reuerendissimus Pater Dorninus Ioannes Baptista Coccinus sacra Rotæ Decanus Coauditör noster in causa, & causis huiusmodi, & inter partes prænominatas, seu verius earum legitimos procuratores ritè, & rectè processit, & prævia nonnullorum dubiorum in Sacro Rotæ Auditorio propositorum, ibidemque maturæ discussorum resolutio re, seruatis omnibus de iure seruandis, viisque videndis, & cognitis ad plenum huiusmodi causa meritis sententiam diffinitiuam in scriptis tulit, & promulgauit in huc qui sequitur modum videlicet: CHRISTI NOMINE INVOCATO pro Tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes. Per hanc nostram diffinitiuam sententiam quam de Coauditorum nostrorum voto, & assensu ferimus in his scriptis in causa, & causis coram nobis in secunda, seu alia veriori instantia vertentibus inter modernum Dominum Ducem Segobræ, & Cardona, Dominum Ciuitatis Lucenæ Cordubensis Diœcessis actorem, & appellantem ex vna, & Reuerendum Patrem Provincialem Provincia Boeticæ, & Patres Societatis Iesu reos conuentos partibus ex altera, de, & super praetenso Iure exigendi decimas diuersorum bonorum a Patribus eiusdem Societatis possessorum, rebusque alijs in actis causa, & causarum huiusmodi latius deductis. Dicimus, pronunciamus, sententiam, decernimus, & declaramus dictos Patrem Provincialem, ac Patres Socieratis Iesu, ex Indultis, & priuilegijs Apostolicis Pontificum in hoc nostro Rotæ Tribunal, per sententias diffinitiuas, alias causa cognita latae exemptos à solutione decimarū fuisse, & esse, ab impletis absoluendos fore, & esse, prout absoluimus, & totaliter liberamus, eidemque Domino Duci nullum Ius, nullamque actionem competiſſe, neque competitere exigendi ab ipsis Patribus Socieratis decimas petitas, & super illis perpetuum silentium ipsi imponendum fore, & esse, prout imponimus, molestiasque, & impedimenta quæcumque per ipsum Dominum Ducem illatas, & illata fuisse indebitas, & iniustas, & indebita, & iniusta, & de facto factas, & facta, & Breue faelicis recordationis Leonis Undecimi tamquam pro solis personis Ecclesiasticis emanatum illi non suffragasse, nec suffragari, propterea que decretum, seu sententiam Illustrissimi Domini Hispaniarum Nuntij, seu illius

Domini Auditoris in illis partibus, quæ huic nostræ sententia essent conformes approbamus, & confirmavimus, & male, & nulliter ab illa fuisse pro parte dicti Domini Dueis appellatum, ac de nullitate, & iniustitia dictum. Eundemque Dominum Ducem in expensis in huiusmodi causa legitimè factis condemnatum fore & esse, prout condemnamus. Quarum expensarum taxationem nobis vel cuius de Iure ius postulatum reseruamus, & ita dicimus, &c. non solum praedicto, sed omni alio meliori modo, &c. Ita pronunciavi ego Joannes Baptista Coccinus Rose Decanus. A QV Ad infinitus sententia simili, et fuit pro parte dicti Excellentissimi Domini Dueis appellatum, causaque appellationis huiusmodi Reuerendo Patri Dominio Petro Carrillo de Acuna commissa fuit prout in commissione tenoris sequentis, videlicet. BEATISSIME Pater. Dignetur sanctitas vestra causam, & causas appellationis, & appellationum, intra legitima tempora interposita, & interpositarum, per deuotum Sanctitatis vestrae Oratorem Henricum a Corduba, & Aragonia, Ducem de Cardona actorem ex ipsa, & sequenti diffinitiuam per Reuerendissimum Patrem Dominum Coccinum Rose Decanum, & Indicem in causa, & causis, inter dictum Oratorem ex ipsa, & Præposituro Collegij Societatis Iesu Ciuitatis Lucene aduersarium regum conuenientium, partibus ex altera, de, & super iure decimandi vniuersum Territorium Sigiratis de Lucena, & prætensa exemptione à solutione decimam rebusque alijs, & illorum occasione in actis causæ, & causarum huiusmodi debitis deducitis ad assertum fauorem Aduentarii, & contra Oratorem in prima instans, re dicitur lata, neconon nullitatis, ex tribus iniuriantis, & iniuriantū, ac notoriz in iustitia, attentatorum, & innovatorum quorumcumque, restitutio nis in integrum, prout de iure, aduersus quæcumque preiudicia, saltem ex classula generali si qua milii, &c. nec non quam, & quas, vnâ cum omnibus ijarum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, & quoque negotio principali, alteri facri vestri Palatij Apostolici causarum Auditoris, audiendas, cognoscendas, decidendas, fineque debito terminandas committere, & mandare, cum potestate citandi, & inhibendi, etiam sub censuis Ecclesiasticis, & poenis pecuniariis quos, quibus, & quoties opus fuerit, aliaque faciendi, gerendi, exercendi in præmissis, seu circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna. Præmissis nec non constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, stylo Palatij, catenique contratijs non obstantibus quibuscumque statutis, &c. pro plene, & suffcienter expressis habentes. De mandato Domini nostri Papæ, audiat Magister Petrus, citer, inhibeat, etiam sub censuis procedat ut petitur, & iustitiam faciat. Placet Domino Nostro Papæ Beringerius Cardinalis Gypsius. CVIVS commissionis, & aliarum eam in actis prætentatarum vigore, Idem Reuerendus Pater Dominus Carrillus in causa procedens, sententiam præinsertæ confirmatoriam tulit, & promulgavit, tenoris lequentis videlicet: CHRISTI NOMINE INVOCATO. Pro Tribunalii Sedentes, & solum Deum præ oculis habentes. Per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quam de Coauditorum nostrorum consilio, & assensu ferimus in his scriptis, in causa, sive causis, quæ primo, & in prima coram Eminentissimo Domino

mino Cardinali, tunc Hispaniarum Nuntio, & deinde in secunda, coram Illus-
trissimo Domino Coccino Decano, & demum coram nobis in tertia, seu alia
teriori instantia, seu instantijs verteſi, inter Excellentissimum Dominum Du-
cem Segobriæ, & Cardona, ac Dominum Ciuitatis Lucena Cordubensis
Dioecesis actore & appellante ex vna, & Reuerendum Patrem Provincialem
Provinciae Boeticae, & Patrem Rectorem, ac alios Patres Collegij Cordubensis
Societatis Iesu reos conuentos, partibus ex altera, de, & super prætenso iure
exigendi decimas diversorum bonorum, à dictis Patribus eiusdem Societatis
possessorum, rebusque alijs in tactis causæ, & causarum huiusmodi latius dedu-
ctis. Dicimus, pronuntiamus, sententiamus, decernimus, & declaramus be-
ne, & ritè, ac iustè fuisse tamper supradictum Dominum Cardinalem Nuntiū,
eiusque Auditorem, quam deinde per prædictum Dominum Decanum decre-
tum, sententiatum, & declaratum ad fauorem dicti Patris Provincialis, & Pa-
triis Rectoris, ac aliorum Patrum eiusdem Societatis, & contra ipsum Dominum
Ducem, malequæ nulliter, & iniustè fuisse ab illis pro parte ipsius Domini Du-
cis appellatum, provocatum, & de nullitate, ac iniustitia dictum, easdemque
declarationes sententias, & decreta, fuisse confirmata, approbata, & ex-
equendas prout confirmamus, approbamus, & exequi mandamus. vexationesq;
ac molestias, ac impedimenta quæcumq; per ipsum Dominum Ducem ipsi so-
ciетati illatas, & illata, fuisse indebitas, & iniustas, ac indebita, & iniusta, ac de
facto factas, & facta, & mandatum vnum, vel plura, ac literas exequitoriales
quascumque necessarias, & oportunas tam diuīsum, quam coniunctim pro
contentis in eis relaxauit, & expedieſi fore, & esse, prout expediti & exequi man-
damus, ipsumque Dominum Ducem in expensis condemnandum, prout con-
demnamus. Quarum expensarum taxationem nobis referuamus, & ita dici-
mus, &c. non solum prædicto, sed omni alio meliori modo, &c. Ita Ego pro-
nunciaui Petrus Carrillo, Satra Rotæ Auditor. A QVA quidem diffinitua sen-
tentia fuit pariter pro parte eiusdem Excellentissimi Domini Ducis appellata-
rum, caufaque appellationis huiusmodi nobis commissa extitit, prout in com-
missione, tenoris lequentis videlicet. BEATISSIME Pater. Dignetur Sancti-
tas Vestræ causam, & causas appellationis, & appellationum, interpositæ, & in-
terpositarum à quadam prætenso diffinitua sententia per Reuerendum Patrem
Dominum Carrillo Rotæ Auditorem in causa, & causis, inter deuotum San-
ctitatis Carrillo Rotæ Oratorem Henricum de Corduba, Ducem de Cardona actorem,
ex vna, & Patres Societatis Iesu, seu Rectorem Collegij Ciuitatis de Lucena
Aduersarios partibus, ex altera, de, & super fructibus decimalibus, bonorum,,
per Aduersarios in Territorio Ciuitatis de Lucena detentorum ad Oratorem,,
decimatorem vniuersalem, totius Territorii ex priuilegio Apostolico, & ex pos-
sessione immemorabili debitum, illorumque solutione, rebusque aliis, & illorum
occasione in actis causæ, & causarum huiusmodi latius deactis in secunda,,
seu alia posteriori instantia pendet ad assertum fauorem eorumdem Patrum præ-
dictæ Societatis, seu dicti Rectoris, & contra Oratorem, ut dicitur lata, nec non
nullitatis, & nullitatum, ex tribus iniquitatibus, & iniquitatum, ac notoriæ
iniu-

in iustitia, attentatorumque, & innovatorum quorumcumque, restitutio nisique
in integrum aduersus quicumque praetorialia, etiam ex clausula generali si qua
mibi, &c. nec non quam, & quas, &c. una cum omnibus incidentibus, dependentibus, emergentibus annexis, & conexis, totoque negotio principali, Alteri Rotæ Auditori audiendas, cognoscendas, decidendas, fineque debito ter-
minandas committere, & mandare, cum potestate citandi, & inhibendi etiam
sub censuris Ecclesiasticis, ac penitentiariis quos, quibus, & quoties opus
fuerit aliaque faciem, geren, exercen, in præmissis, & circa ea seu quomodo-
libet necessaria, & opportuna, præmissis nec non constitutionibus, & ordina-
tionibus Apostolicis, stylo Palatij ceterisq; contrarijs non obstatibus quibus-
cumque statum, &c. pro plene, ac sufficenter expressis habentes. Vel si magis
placet committetur causa alteri Auditori, qui constito de tribus conformibus
exequatur fin minus causam appellationis cognoscat. De mandato Domini
Nostræ Papæ audiat Magister Clemens ejet, inhibeat etiam sub censuris pro-
cedat, vt in secunda parte petitur, & iustitiam faciat. Pacet Domino nostro
Papæ de secunda parte Berlingerius Cardinalis Gypsius CVIVS quidem cō-
missionis vigore nos in causa, & causis huiusmodi procedentes præijs parti-
cularibus dubijs, super huiusmodi causæ meritis in sacro Rotæ Auditorio pro-
positis, & mature discussis, & ad fauorem eorumdem Reuerendorum Patrum
Societatis Iesu, & litigis conformum principalium resolutis, seruatis seruandis,
visisque videndis ad sententia diffinitiuæ promulgatione deuenendum duxi-
mus, eamque per ea, quæ vidimus, & cognouimus in scriptis tulimus, sub hac
verboru formâ videlicet .CHRISTI NOMINE INVOCATO. Pro Tribunal
sedentes, solumque Deum præ oculis habentes, per hanc nostram diffinitiuam
sententiam, quam de Dominorum Coauditorum nostrorum consilio, voto, &
assensu ferimus in his scriptis in causa, & causis, quæ primo, & in prima coram
Eminentissimo ac Reuerendissimo Domino Cardinali Pamphilio tunc Sanctissi-
mi Domini Nostræ apud Regem Catholicum Nuntio; secundo, & in secunda
coram Reuerendissimo Domino Rotæ Decano, tertio, & in tertia coram Re-
uerendo Patre Domino Carrillo, quarto, & in quarta seu alia quavis coram
nobis versæ fuerunt, ac vertuntur instantia inter Excellentissimum Dominum
Ducem Segobræ, & Cardonæ, Dominum Ciuitatis Lucenæ Cordubensis Dic-
cesis actorem, & appellantem ex una, & Reuerendum Patrem Prouincialem
Prouinciæ Boeticæ, & Patrem Rectorem, ac alios Patres Venerabilis Collegij
Cordubensis Societatis Iesu reos conuentos, & appellatos, partibus ex altera,
de, & super iure exigendi decimas ex bonis per dictos Patres, & eorum Colle-
gium possessis à prædicto Excellentissimo Domino Duce prætenso, rebusque
alijs, &c. Dicimus, pronunciamus, decernimus, ac declaramus : ite, & recte
per prædictos Dominos, Iudices respectiue pronunciatum, & declaratum ad
fauorem eorumdem Patrum Societatis Iesu contra dictum Dominum Ducem,
maleque, nulliter, & indebetè pro parte ipsius Domini Ducis appellatum, pro-
nunciatum, & reclamatum fuisse, & esse; Ideoque sententias eorumdem prædi-
ctorum Dominorum Iudicium respectiue fore, & esse approbandas, & confir-
man-

mandas prout in omnibus, & per omnia approbamus, & consumamus, man-
darumque, & mandata, seu licetas executoriales, ac alia quacumque, quo-
modobet necessaria, & opportuna decernimus, concedimus, & relaxamus,
victumque victoribus in expensis condemnamus, quarum taxatione, et moder-
ationem nobis, vel cui de Iure in posterum referuamus. Et ita dicimus, &c. non
solunt praedito, sed, & omnialio meliori modo, &c. Ita pronunciaui ego Cle-
mens Merlinus Sacra Rotæ Auditor, & Index. QVAE QVIDEM nostra dif-
finita sententia, tamquam literæ & conformis, remedioque appellationis mi-
nimè suspensibilis in rem transfiuit iudicatam. Ad cuius propterea, et rei iudi-
catae inde sequuta exequitionem procedere volentes ad prefatorum Reue-
rendi Patris Provincialis Praeimie Boeticæ, ac Patris Rectoris, et aliorum
Patrum Collegij Cordubensis Societatis Iesu principalium instantiam Domini
Iohannem Garciam Manriquez dicti Excellentissimi Domini Duei Segu-
bris, et Cardona, ac Domini Civitatis Lucenæ exaduerso principalis procura-
torem ad videndum pro in praemissis decreto, et sententijs diffinitiuis con-
formibus, et re iudicata inde sequuta contentis, licetas executoriales extra
Romanam Curiam, et ad partes decessi, & relaxari per unum ex prelibati
Sanctissimi Domini nostri Pape, Cursoribus citari mandamus, et fecimus ad
certum, peremptoriū terminum competenter, scilicet ad diem, et horam
infra scriptas. Quibus aduenientibus constitutus erat nobis, Reuerendus
Pater Aloysius de la Torre Presbyter Societatis Iesu, Reuerendi Patris Provincialis
Provinciali Boeticæ, ac Reuerendi Patris Rectoris Collegii, et Patrum
Cordubensiumquam Provinciarum, Regnorum, Hispaniarum Procurator
generalis, et economiae procuratorio dicti Domini Iohannis Gargie Manriquez
exaduerso procuratoris citati, non comparentis consumaciam accusauit ip-
sumque consumacem reputari, et in eius consumaciam praemissas sententias
diffinitiuis conformes in rem iudicata transfactas exequi, seu pro contentis
reis, & re iudicata inde sedata literas executoriales extra Romanam Cu-
riam, & ad partes in forma solita, et confusa decessi, et relaxari per nos debita
cum instantia postulauit. NOSTRVS CLEMENS MERLINVS Auditor, In-
dexque Commissarius, et executor vnicus prefatus dictum exaduerso procura-
torem citatus non comparentem reputauimus non immerrato prout erat,
quoad actu et terminum huiusmodi, id exigente, suadente, distanteque lu-
stria consumacem. Et in cius consumaciam attendentes postulationem huius-
modi fore iestam, et rationi consentaneam, quodque parum prodest sententias
favorabiles cum re iudicata reportare nisi debitæ exequitioni demandaren-
tur. Idcirco auctoritate Apostolica nobis commissa, et qua fungimur in hac
parte sententias praemissas, ut prefertur in rem iudicata transfactas exequen-
das, ac debitæ exequitioni demandandas, literasque executoriales pro con-
tentis in eis desuper opportunas decernem, & relaxari duximus, & decreuimus,
prout decernimus, & relaxamus per praesentes. QVAE OMNIA, et singula
præmissa vobis omnibus, et singulis supradictis, quibus praesentes diriguntur,
intimamus, insinuamus, et notificamus, ac ad vestram, et cuiuslibet vestrum

notitiam deducimus, & deduci, volumus per præsentes. Vosquè nihilominus, & vestrum quemlibet auctoritate prædicta tenore præsentium requirimus, & monemus primò, secundò, tertio, ac vobis, & vestrum cuilibet in virtute sanctæ Obedientiæ, & sub infra scriptis fentiarum poenis districtè præcipiendo mandamus, quatenus infra sex dierim spatiū post præsentationem, seu notificationem præsentium, & requisitionem vobis, seu alteri vestrum pro parte dictorum Reuerendi Patris Prouincialis Prouincia Boeticæ, ac Reuerendi Patris Rectoris Collegij, & aliorum Patrum Societatis Iesu Cordubensi, principalium desuper factas, immediate sequentium, quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies, vobis vniuersis, & singulis supradictis pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus, eosdem Reuerendū Patrem Prouincialem Prouincia Boeticæ, ac Reuerendū Patrem Rectorem, & alios Patres Collegij Cordubensis Societatis Iesu principales ab im- petitionibus, oppressionibus, molestationibus, vexationibus, perturbationibus, & impedimentis, sibi per præfatum Excellentissimum Dominum Duce Segobriæ, & Cardona ut Dominaum Ciuitatis Lucenæ ex aduerso principale- de, & super prætenso Iure exigendi, levandi, & percipiendi decimas fructuum Bonorum, seu terrarum, & prædiorum à dictis Reuerendis Patribus Societatis Iesu in, & sub dominio, & ditione dicti Excellentissimi Domini Duci tentorum, & possessorum, & illius occasione quomodolibet factis, præstitis, & illatis defendatis tueamini, conseruetis, ac ab alijs defendi, conseruari, & tueri faciat, & procuretis, nec eos à dicto Excellentissimo Domino Duce exaduerso principali, de, & super dicto prætenso Iuræ decimandi, seu percipiendi, & le- uandi decimas fructuum dictorum bonorum, aut eius occasione, quoquomo- tamquam liberos, & exemptos à solutione huiusmodi decimarum ex disposi- tione priuilegiorum Apostolicorum molestari impeti, inquietari, perturbari, & vexari permittatis. MONEMVS insuper modo, & forma præmissis, ac sub eis- dem infra scriptis fentiarum poenis, Vos Excellentissimum Dominum Duce Segobriæ, & Cardona, Dominumque Ciuitatis Lucenæ exaduerso principa- lem antedictum, quatenus infra triginta dierni spatiū post præsentationem, et requisitionem vobis vigore præsentium pro parte dictorum Reuerendorum Prouincialis, et Patrum Societatis Iesu principalium desuper factas immediate sequentium, quorum triginta dierum, decem pro primo, decem pro secundo, et reliquos decem dies vobis pro tertio, et peremptorio termino, et monitione canonica assignamus, à dictis impetitionibus, oppressionibus, vexationibus, et perturbationibus dictis Reuerendis Prouinciali Prouincia Boeticæ, et alijs Patribus Collegij Cordubensis Societatis Iesu super prætenso Iure exigendi, le- uandi, et percipiendi decimas fructuum bonorum in et sub dominio vestro sito- rum per dictos Patres possessorum factis, præstitis, et illatis poenitus, et omnino desistatis, nec eos amplius super dicto prætenso Iure decidi uandi, seu percipiendi decimas tamquam liberos, immunes, et exemptos ex vi, et dispositione pri- uilegiorum Apostolicorum à solutione, seu præstatione decimarum per amplius impetratis, vexatis, et perturbatis, seu impetrere, vexare, et perturbare præsu- matis,

matissimo dictis privilegijs Apostolicis non soluendi dictas decimas vti , frui ,
potiri , & gaudere sinatis , & permittatis . INHIBEMVS præcerea modo , et for-
ma præmissis vobis omnibus , et singulis supradictis , et generaliter quibuscum-
que alijs cuiuscumque Status , gradus , ordinis , vel conditionis existant ; ne-
præfatis Reuerendis Patri Provinciali Provinciæ Boeticae , et alijs Patribus Col-
legij Cordubensis Societatis Iesu principalibus , quomodo priuilegijs non sol-
uendi decimas fructuum Bonorum sub dominio , et ditione dicti Excellentissi-
mi Domini Duci Segobriæ , et Cardona , Domini Ciuitatis Lucenæ per dictos
Patres tentorum , et possessorum vtantur , fruantur , et gaudeant ; dictaque pri-
uilegia Apostolica obserueatur , ac omnia , et singula supra , et infra scripta suum
debitum fortiantur effe . Etum impedimentum aliquod præstetis , seu prætent , ac
impedientibus , ipsos Reuerendum Patrem Provincialem , et alios Patres Collegij
Cordubensis Societatis Iesu principales super præmissis in aliquo detis ,
vel dent auxilium , consilium , vel fauorem publicè , vel occultè , directè , vel in-
directè , quo quis quæsito colore , vel ingenio . ALIOQVIN si forte præmissa
omnia , et singula non adimpleueritis , mandatisque , monitionibus , inhibitio-
nibus nostris huiusmodi , immo verius Apostolicis non parueritis , seu paruerint
cum effectu , nos in vos , et ipsos omnes , et singulos supradictos , qui culpabiles
fueritis seu fuerint in præmissis , ac in contradictores quoslibet et rebellis , ac
verxantes ipsos Reuerendum Patrem Provincialem , et alios Patres Collegij
Cordubensis Societatis Iesu principales super præmissis , ipsosque vexantibus
dantes auxilium , consilium , vel fauorem publicè , vel occultè , per se , vel alium ,
seu alios ex nunc , prout ex tunc , et ex tunc , prout ex nunc , singulariter in sin-
gulos dictis canonica monitionibus præmissis excommunicationis , ac in qua-
rumcumque Ecclesiarum , et Monasteriorum Capitula , Collegia , et Conuentus
quæcumque , in his delinquentia suspensionis à diuinis , et iplorum delinquin-
tium , et rebellium Ecclesiæ , Monasteria , et Cappellas interdicti Ecclesiasticæ
sententias serimus in his scriptis , et etiam promulgamus VOBIS vero Illustris-
simis , et Reuerendissimis Dominis Episcopis dumtaxat exceptis , quibus ob
reuerentiam Veetrarum Pontificalium dignitatum deferimus in hac parte , si
contra præmissa , vel aliquod præmissorum , per vos , vel submissas personas fe-
ceritis prædicta sex dierum canonica monitione præmissa ingressum Ecclesia-
rum interdicimus in his scriptis . Si VERO interdictum per alios sex dies , di-
ces sex immediate sequentes sustinueritis , vos in his scriptis eadem canonica
monitione præmissa suspendimus à diuinis VERVM si præfatis interdicti , et
suspensionis sententias per alios sex dies , præfatos duodecim dies immediate
sequentes animis (quod absit) substitueritis induratis , vos , et quilibet
vestrum in his scriptis , canonica monitione præmissa , ex nunc , prout ex tunc
excommunicationis sententia innodamus . COETRVM cum ad execu-
tionem præmissorum vterius faciendam nequeamus , quoad præsens (alijs arduis
in Romana Curia prepediti negotijs) personaliter interset , Vniuersis , & singu-
lis Dominis Abbatibus , Prioribus , Præpositis , Decanis , Archidiaconis ,
Scholaſticiis , Cantoribus , Custodibus , Thesaurarijs , tam Cathedrâlium , quam

Col-

Collegiarum Canonieis Parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, seu Lo-
cetenentibus eorumdem Plebanis, Viceplebanis, Cappellani, Curatis & non
Curatis, ceterisque Presbyteris, Clericis, Notariis, & Tabellionibus publicis,
quibuscumque per Civitates, & Dioceces predictas, ac alias ubilibet consi-
tutis, & eorum cuiilibet insolidum super viteriori executione facienda autho-
ritate predicta, tenore praesentium, committimus plenarie vices nostras do-
nec eas ad nos duixerimus reuocandas, quos, & eorum quemlibet eisdem au-
thoritate, & tenore requirimus, & monemus primo, secundo, tertio, & parempto-
rii ipsiis, & cuiilibet eorum in virtute sanctae Obedientiae, & sub extenuatione
pena, quam in eos & eorum quemlibet canonica monitione premissa
ferimus in his scriptis (nisi fecerint, qua mandamus) districte pricipiendo
mandantes, quatenus infra dies tres post requisitionem ipsiis, seu alteri ipso-
rum, pro parte dictorum Reuerendi Patris Provincialis, & aliorum Patrum
Collegij Cordubensis Societatis Iesu principalium vigore praesentium desu-
per factam, immediate sequentes, quos tres dies ipsiis, & eorum cuiilibet pro
omni dilatatione, terminoque peremptorio, ac monitione canonica assignamus,
ita tamen, quod in his exequendis, vanus eorum altequam non exhibeat, nec al-
ter pro alio se excusat ad vos omnes, & singulos supradictos, quibus praesentes
nostra litterae diriguntur, personaque, & loca alia, de quibus, ubi, quando, &
quoties expediens fuerit personaliter accedant, seu alter eorum accedat, du-
iussim modi nostas litteras, ac quacumque in eis contenta, rubis coenuntur
vel divisim legant, intiment, insinuant, & fideliter publicane procent, nec
non praefatos Reuerendissimi Patris Provincialis Provinciae Boeticæ, ac Reuerendissimi
Patrem Rectorem, & alios Patres Collegij Cordubensis Societatis Iesu prin-
cipales ab imputationibus, molestationibus, vexationibus, & persequacionibus
sibi per dictum Excellentissimum Dominum Dux Scgobriæ, & Cardo-
næ, Dominumque Civitatis Lucenæ exaduerso principalem super pretenso
Iure levandi exigendi, & percipiendi decimas fructuum bonorum per dictos
Patres suos dominio, et ditiori dicti Excellentissimi Domini Dux sententiam
et possessorum, et illius occasione factis, praestitis, et illatis sueantur, et de-
fendant, ac tamquam liberos, exemptos, et immunes ex dispositione priuile-
giorum Apostolicorum, à solvione huiusmodi prætentiarum decimarum rursum
& defendi faciant, & procurent. ET SI FORSAN (quod non credamus) di-
ctus Excellentissimus Dominus Dux Scgobriæ, & Cardone, Dominus Civitatis
Lucenæ exaduerso principalem, ceterique contradictores, & rebellis pre-
dicti mandatis, monitionibus, requisitionibus, inhibitionibus, & litteris no-
stris huiusmodi, immo verius Apostolicis infra dictos eis respectinè terminos ex-
prefios parere, et obedire neglexerint, aut recusaverint penas, sententias, et
censuras predictas in eos ut premitur latas damnabiliter incurrendo, ex
tunc predictis subdelegatis nostris sub dicta excommunicationis pena pre-
mittimus, et mandamus, quatenus singulis diebus Dominicis, et festi-
suis Ecclesijs, monasterijs, et Cappellijs infra missarum, enaliam horarum
diuinarum solemnia, ac alias ubi, quando, et quoties expedier, et pro parte
dicto-

deorum reverendi Patris Provincialis Provinciae Boeticae, Benemerendi Paris
Rektoris, & alium Patronum. Cuiusq[ue] Corubensis Societatis Iesu principalem
hunc defupere requisiti fuerit, vel etiam eorum fuerit requisiitus prefatus.
Excellentissimum Dominum Duxem Segobrini, & Cardonae, & Dominum Ci-
uitatis Lucenae exaduerso principalem causisque contradictiones, & rebeller
predicatos si excommunicatos publicè denunciari, & ab alijs quantum in-
eis fuerit denunciari faciandone, & quinque aliud à nobis, vel Superiori
nostro super hoc habiturint mandatis. Si VERO dictus Excellentissimus Do-
minus Dux Segobrini, & Cardona, ac Dominus Civitatis Lucenae exaduerso
principalis. Cuius adictoresque, & rebeller predicti dictam excommunicatio-
nis sententiam per decē dies post illius denunciationem immediatè sequentes
perunaciter sustineant, nos ex tunc quia crescente contumacia, & inobe-
dientia, crescere debet, & peccati, ne facilitas penæ audaciam tribuat delin-
quendi, processus nostros huiusmodi aggrauamus, dicos sub delegatis nostris
modo, & forma præmissis præcipiente, quare nus singulis diebus Dominicis,
& festis insulis Ecclesiis monasterijs, & Cappellis infra missarum, & aliarum
præscriptarum horarum solemnia, dictam excommunicationis denunciatio-
nen reterendo, & inuando eundem. Excellentissimum Dominum Duxem
Segobrini, & Cardonae, ac Dominum Civitatis Lucenæ exaduerso principa-
lem contradictiones, & rebeller, si ut præmitto excommunicatos de-
claratos nominatum capanis pulsatis, candelis accensis, ac demū extincitis, & in
terrā projectis, Crucē erēcta, & religione induita, aquam benedictam alper-
gendo ad fugandum demones, qui eos detinent sic ligatos, ac laqueis suis
catenatos, orando quod Dominus noster Iesus Christos ad Catholicam fidem
& Sancte Matris Ecclesiat generaliter reducere digerunt nec eos in talibus per-
petrate, & durib[us] dies eorum finire permettuntur de castigatione Responso-
rii. Reuelabam Celi iniuriam lude, &c. & Psalmi, Deus laudem meam
ne tacueris, &c. cum Antiphonia media vita in morte sumus totaliter. Et his
finitis ad ianuas Ecclesiarum suarum, vni cum Clericis, & Parochianis acce-
dant, & ad terrorem (ut exitus ad obedientiam redcant) tres lapides ver-
sus domos habitacionum suarum proiiciant insignium maledictionis æternæ,
quam Deus dedit Choræ, Dathan, & Abirom quos terra sustinere non po-
nuit, sed iusto Dei iudicio illos absorbit, ut ipsorum descendenter viuen-
tes, etiam post missam, & in vesperis, alijsque horis canonicas, & sermonibus,
& predicationibus publicis solemniter publicè denunciari, ac ab alijs, quan-
tum in eis fuerit publicari, & denunciari faci ab omnibus Christi fidelibus ar-
ctius euitari faciant, donec aliud à nobis, vel superiori nostro, super hoc rece-
petint in mandatis. VERVM si præfati denunciari, & aggrauari aggrauatio-
nen huiusmodi per alios decē dies illius publicationem, & dicos decē
dies immediate sequentes animis (quod absit) Justinusq[ue] induratis. Nos
ex tunc quia per eorum audacia præsumptuosa id exigit. Et uicta pena non.

B con-

contenti fortioribus arceantur penit, ne fides illorum ledatur, qui suis super
riorebus obedientiam semper impenderunt processus nostros, huiusmodi res-
graduumque supradictis subdelegatis nostris, ut supra mandantes, quatenus
dicta auctoritate Apostolica omnes, & singulos Christifideles, virtusque
Iesus homines, & praesertim familiares, &c. & vittores denunciatorum, & ag-
gravatorum huiusmodi modo, & forma praemissis in oneant. & requirant pre-
mio, secundo, tertio, & peremptorio, prout etiam nos requiriimus, & moni-
mus eodem ipisis, & eorum cuiilibet in virtute sancta Obedientie, & sub ex-
communicacionis pena distridius iniungens quatenus infra sex dies post monito-
rem, & requisitionem huiusmodi ipisis factas, immediate sequentes, quos
dies ipisis, & eorum cuiilibet pro omni dilatatione terminoque peremptorio,
ac monitione canonica assignent, prout nos eisdem assignamus a participatio-
ne communionis, familiaritate, & seruitio ipsorum denunciatorum aggravato-
rum penitus, et omnino desistant, nec cum eis, vel eorum aliquo, ser-
mendo loquendo, conuersando, cibum, potum, aquam, vel ignem, ubi
alia necessaria, aut aliquo humanitatis solatio (praterquam in cassibus, et
personis a luce permisis) participare presumant, seu aliquis eorum presumat.
Et si contrarium fecerint, nos in eos et eorum quemlibet cum dictis denun-
ciatis, et aggravatis rebelliter participantes, et contra facientes ex nunc
prout ex tunc, et ex tunc prout ex nunc (dicta sex dierum canonica moni-
tione praemissa) excommunicationis sententiam ferimus in his scriptis, et
enam promulgamus dictis subdelegatis nostris modo, et forma praemissis di-
ctis principiendo mandantes, quatenus singulis diebus Dominicalibus, et fe-
stis in suis Ecclesijs, Monasterijs, et Cappellis infra missarum, et aliarum
prescriptarum horarum solemnia, ac vbi, quando, et quoties expediere
prefatos Christifideles, familiares, et seruitores, qui cum dictis denunciatis
et aggravatis rebelliter participantibus excommunicatos tam diu publice de-
nunciant, et ab aliis quantum in eis fuerit publicari, denunciari, et ab om-
nibus Christifidelibus ardulus curvant faciant, donec, et quoque absolu-
tionis beneficium defuper meruerint obtinere. DBMVM si prefati denun-
ciati, aggravati, et reaggravati reaggravationem huiusmodi per alios decem
dies, et dictos viginti dies immediate sequentes substituerint, ac processi-
bus, mandatis, innotionibus, et inhibitionibus nostris huiusmodi, imo
verius Apostolicis non paruerint cum effectu (quod Deus auerterat). Nos ex
eum, quia nescire non proficiente Ecclesiastico, temporalis saltus gladius
nisi iustitiae suffragetur, auxilium brachij secularis duimus inuocandum,
ut quae Dei timor a malo non reuocat, temporalis saltus coercet severitas
disciplinae. HINC EST QVOD VOS SERENISSIMVM, POTENTIS-
SIMVM PRINCIPEM, ET REGEM CATHOLICVM antedictum dicti
gladii principalem Vibratorem, et Iustitiae Zelatorem, VOSQVE Dominos
Ductos, Comites, Marchiones, Barones, et alios supradictos Iurisdictionem

tem-

temporalem, et ordinariam per vos , et alium , seu alios exercentes (quibus
presentes diriguntur) dicta auctoritate tenore praesentim requirimus , et
monemus primò , secundo , tertio , et peremptoriè vobis , et vestrum cui-
libet in virtute sanctæ Obedientiæ , & sub excommunicationis pena (quam-
in vos , & vestrum quemlibet canonica monitione præmissa ferimus in his
scriptis nisū feceritis qua mandamus) districte præcipiendo mandantes , qua-
tenus infra sex dierum spatum post supradictos terminos successuè præ-
pressos nec non notificationem , & publicationem præsentium vobis seu alte-
ri vestrum in vestris Territorijs , Iurisdictionibus , & districtibus , ac requisitionem
pro parte dictorum Reuerendi Patris Prouincialis Prouincia Boetica ,
Reuerendi Patris Rectoris , & aliorum Patrum Collegij Cordubensis Socie-
tatis Iesu principalium , defuper factas immediate sequentium , quos sex dies
vobis , & vestrum cuilibet protermine peremptorio , & monitione canonica
assignamus VOS omnes , & singuli Domini Temporales antedicti (quorum
omnium super hoc auxilium brachij secularis inuocamus) quoties , & quando
pro parte dicti Reuerendi Patris Prouincialis Prouincia Boetica , Reuerendi
Patris Rectoris , & aliorum Patrum Collegij Cordubensis principalium , vi-
gore præsentium super hoc fueritis requisiiti in Iuris subsidium contra præ-
tura Excellentissimum Dominum Duecm Segobiæ , & Cardona , Dominum
Civitatis Lucenæ exaduerso principalem , ac Contradictores , & rebelles præ-
dictos denunciatos , aggrauatos , & reaggrauatos dicta auctoritate Aposto-
lica per capiōrem , inuasionem , incarcerationem , & detentionem persona-
rum corporum , rerum , & bonorum corumdem insurgatis , & alios insurge-
re faciatis , nec non personas , corpora , res , & bona eorum , & cuiuslibet
iporum inuadatis , incarceratis , & in firma , & tuta custodia teneatis , arre-
statis , & occupatis , per se , vel alium , seu alios , & quilibet vestrum , qui
super hoc requisitus fuerit , inuadat , incarceret , custodiat , detineat , arre-
stet , & occupet liberè , & licite , super quibus omnibus , & singulis vobis , &
vestrum cuilibet licentiam , & plenariam potestatam concedimus per præsen-
tes , dictos denunciatos aggrauatos , & reaggrauatos , ita , & taliter astringa-
tis , & compellatis potenter , etiam manu forti , absque tamen graui læsione
corporum eorumdem usque ad integrum partitionem omnium , & singulorum
præmissorum , ac donec , & quo usque dictus Excellentissimum Dominus Dux
Segobiæ , & Cardona Dominus Civitatis Lucenæ exaduerso principalis ab
impetitionibus oppressioibus , vexationibus molestationibus , & perturba-
tionibus dictis Reuerendo Patri Prouinciali Prouincia Boetica , Reuerendo
Patri Rectori , & alijs Patribus Collegij Cordubensis Societatis Iesu prin-
cipalibus super prætenso Iure exigendi , leuandi , & percipiendi decimas fru-
ctuum Bonorum per dictos Patres Societatis Iesu (à prestatione , & solutione
decimarum ex dispositione privilegiorum Apostolicorum liberos , immunes ,
& exemptos) sub ditione , & dominio dicti Excellentissimi Domini Duci

tentorum , & possessorum , factis præstititis , & illatis penitus , & omnino de-
stiterit ; illisque indulxit , priuilegijs Apostolicis non soluendi dictas decimas
vei , frui ; potiri ; & gaudere sinerit , & permiserit , ceterique Contradictores
à contradictione , impedimentis , ac confilio auxilio , & fauore penitus , &
omnino cessauerint ; & ad Sancta Matris Ecclesiæ gremium redierint , bene-
ficiisque absolutionis à supradictis sententijs , & censuris à nobis , vel supe-
riari nostro super meruerit obtinere . QVOD SI FORTIBVS SERE-
NISSIME BOTENTISSIME PRINCEPS , ET REX CATHOLICÆ
executor Iustitia præsentis nostri processus , & mandatorum nostrorum ,
imò virtus Apostolicorum transgreditor , seu neglegtor fuerit (quod tamen
vestra Catholicæ Malestatis persulgida iam dudum per totum orbem diuul-
gata quidem iuris suspicatur non finit) Iustitie officium offenderefis , &
præsumptuosa sententia pro executione Iustitiae vobis à Domino Deo paratum amitt-
teres id est vos nostris sententijs ligati nolumus ob reuerentiam vestram Ca-
tholicarum Malestatis non immunito deterentes , intentu tamen Iustitiae , & ob-
sincta Sedi Apostolica , ac Sanctissimi Domini Nostri Papæ reuerentiam
candem vestram Catholicam Malestem ad perfectam executionem efficac-
eiter a complendam in Domino exhortamus . ET GENERALITER dicti
subdit legali nostri omnia , & singula nobis in hac parte commissa plenarie
exequatur , iuxta traditam , seu directam nobis à Sede Apostolica formam
ira quod ipsi subdelegati nostri , vel quicunque alij nihil in praeditum
dictorum Reuendendi Patris Provincialis Provinciae Boeticae , Reuezendii Pa-
triæ Rectoris , & aliorum Patrum Collegij Cordubensis principalium valente
attentare , ne quis in processibus per nos habitis , & sententiis per nos latis
absoluendo , vel suspendendo , aliquid immutare . IN COETERIS autem
quæ eisdem principalius nocere possent super præmissis in aliquo seu obesse
ipsiis , & equibuscumque alis potestatem omnimodam denegamus . ET SI
CONTINGAT nos super præmissis in aliquo procedere (de quo nobis po-
testatem plenariam referemus) non intendimus propriea Commissionem
nostram habuisse in aliquo revocare nisi de revocatione ipsa in literis nostris
speciale , & expressâ fecerimus mentionem . PRAESENTES quoque
litteras , sive hunc nostrum processum exequatorialem volumus poenes di-
ctos Reuendendum Patrem Provincialem Provinciae Boeticae , Reuerendum
Patrem Rectorem , & alios Patres Collegii Cordubensis Societas Iesu
participantes , vel eorum procuratorem remanere , & non per vos , aut aliquem
veri , nisi contra ipsorum voluntatem detineri . CONTRARIVM vero facien-
tes præmissæ nostræ sententijs (propter per nos in scriptis lata fuit) prædicta
canonica monitione præmissa ipso facto volumus subiacere . MANDAMVS
tamen copiam fieri de præmissis eam petentibus , & habere debentibus , pe-
tentibus quidem sumptibus , & expensis . A BSOLVITIONEM vero om-
niuum ; & singulorum qui præfas nostras sententias , aut earum aliquam in-
cur-

curreant quoquomodo nobis, vel superiori nostro tantummodo reseruamus.
IN QVORVM omnium, & singulorum præmissorum fidem, & testimonium
præsentes fieri, & per notarium publicum infrascriptum subscribi, & publi-
cari mandauimus, sigillique nostri iussimus, & fecimus appensione muniri,
DATVM Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem in Palacio Caſarum
Apostolico sub anno à Natiuitate Domini nostri Iesu Christi millesimo, sex-
centesimo trigesimo nono, Indictione septima, die vero lunæ vigesima sep-
tima mensis Iunii Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini
Noſtri Domini Urbani diuina prouidentia Pape Octauii anno eius decimosex-
to. Præsentibus ibidem Dominis Archangelo Barono, & Horatio de Mar-
chis Sacri Palatii Apostolici caſarum Notariis cœſibus ad præmissa vocatis
atque rogatis.

Legiat L: S: Luc: in officio D: Andrea Brugotto
Sacri Palatii car: notarii de præmissis augatus fuit
Iaco Zgo Paulus Cittadonius eius Sacri Palati-
car: connotatus pro eod: anno fuit præfenteſi pofcripti
et publicati

